

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

suis preceptis. sed propria presumptione cepisset.
Cogitabat ergo et arabiam herodi tradere.
sed impediunt litere quas rex miserat pro
olimpium et volumnium. Qui cum cesarem audis-
sent placatum. statim precepto herodis literas
vel probationes quas de filiis miserat porre-
runt. Quas cum cesar legisset. principatum alium
addere sibi et male sentienti de filiis non estima-
uit. **V**idens ergo legatos arethe. et imprope-
rans quod temerarie nisus esset non ab se regnum
accipere. dona suscepit. et principatum ei firmavit

Capitulum xviii.

Herodi vero scripsit. quod placatus ei fuisset
et de filiis eius contristaretur. precipiens
ut siquid acerbum contra eum presumpsissent.
persequeretur tanquam in patris preuicacorum.
nam huiusmodi potestatem ei dedit. si vero fu-
gam tantummodo cogitassent. ut improperans
mitigaret eos. ne aliquis crudele peragerent.
Admonuit vero. ut concilio in beritho congre-
gato. quo multi romani habitant. et simul im-
peratoribus syrie et archelao rege cappadocie.
quosque alios existimaret amicis eius vel
honoribus clarissimos. eorum sententias quod opor-
teret impleretur. **H**erodes autem cum litere
venissent. letus pro reconciliatione. et quod sibi
potestas super filios fuisset concessa. statim acer-
sijt cunctos a cesare constitutos ad concilium.
preter archelaum. quem propter offensam noluit
intesse. ne quid voluntati sue impediret. **C**um
in beritho imperatores et alij conuenissent. fili-
os non permisit ad concilium accedere. sed in
villa quadam sydoniorum palestinae iuxta
ciuitatem reliquit. ut vocati ad concilium pre-
sentarentur. **S**olus autem ingressus. cum vi-
ris confidentibus. accusabat filios. et causa que
dem non erat acerba. quantum ad veritatis in-
dicia. multum vero dissimilis patris filios cri-
minantis. **N**am violenter porabat. et in appro-
batione causa turbabatur. et maximi furoris
vel ferocitatis signa monstrabat. **D**efendebat
etiam tanquam vera. que in odio filiorum dicta
fuerant. et que ipse contra filios scripserat legebat
in quibus insidiarum nulla conscriptio fuit.
tantum vero quod fugere cogitassent. et derogaciones
quecumque et obprobria propter odium quod in eos
habebat. **Q**ue cum legisset. clamauit iurando. quod
melius vita priuaret. quam talia vellet audire.
Deinde cum dixisset. quod et natura et cesare con-
cedente potestatem haberet. addidit et patriam

*Herodis habito
concilio in Beritho
accusat filios.*

legem sibi precipere. si quando parentes filios ac-
cularent. et super capita eorum manus suas im-
ponerent. necesse populos circumstantes eos
lapidare. et huiusmodi morte perire. quam legem
ipse paratam in patria quidem. vel in regno facere
voluisset. sed expectare illos iudicia. cognitores
autem inuenisse eos in manifestis filiorum et
non paruis criminibus. ut tempus habentes
dignum. nullatenus deberent negligere. ne alijs
talia peruenirent. **C**um hec itaque rex dixisset.
nec adolescentes ad satisfactionem transissent.
videntes iudices quod modestiam vel reconciliacionem
minime assumeret rex. potestatem ei confirma-
uerunt. **E**t primus quidem saturninus. vir con-
sularis. et in dignitatibus clarissimus. miserentem
sententiam protulit dicens. **D**amno filios herodis
interfici vero non iustum arbitror. quia et ipse
filios habeo. et regem puto sic velle. quamuis in-
felicis filios se habere consentiat. **P**ost quem saturnini
filius tres qui eius erant legati. sententiam eandem
cum patre protulerunt. **V**olumnius autem e contra
morte puniendos filios herodis respondit. ita
circa patrem iniquos inuentos. **E**adem cum
plures dixissent. ut nichil ambiguum esse quo-
minus intelligeretur morte damnatos adolescen-
tes. statim herodes ad tyrum peruenit. ducens
miseros adolescentes. **C**umque nicolaus ad eum
roma delatus esset. et prius ipse sententias in be-
ritho de filiis pronunciatas audisset. herodes con-
sultuit quid amici eius de hoc rome deliberassent.
Ille ait. **Q**uid et michi videtur. scilicet impia esse
que illi de te senserant. oportere vero legatos et
custoditos cohercere. et siquid tibi aliud visum
fuerit. **P**rouide tamen. ne plus iracundia quam
modestia usus esse videaris. **N**am minime di-
mitti solutos puto. ne talia committant. que nulla-
tenus possint corrigi. **M**ulti etiam tuorum amicorum
eadem rome deliberauerunt. **H**erodes autem cum
tacuisset mesticia tentus. post iussit nicolaum
secum nauigare. **M**oxque ut ad cesaream delatus
est. rumor a populo de filiis eius euolabat. cum
actis sustinentibus ubi causa eueniret. **D**um sic
periclitarentur et doloribus eorum condolerent.
dicere aliquis palam. aut dicentem audire sine
periculo non erat. **V**nde misericordiam cum
doloris condulam sine voce comprimabant. **V**nde
autem miles nomine tyro. cum filio suo equivo
vel amico alexandri. cuncta que alij timore ta-
cita volebant cum libertate loquebatur. et sepius
clamabat inter multitudinem dicens. quod pisset

*Miles tyro
Herode allo-
quitur filios
volutum esse
dare*